

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0385

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

lioni morbose elatae temperari posse (1). Immo natus
vivendi non satis validus, uti epidemiae succidit inter
virgines Miletides, in Napoleonis cohorte consulari atque
alibi satis demonstrant (2). Sic quoque historia docemur, aut post individua
morbum eminentem, aut morbosa idearum per tempora
prolatarum elatione lues psychicas exoriri, quibus inco-
lae totarum terrarum corripuntur atque adeo intelligen-
tissimi quique suae aetatis insanae superstitionis vinculis
constricti tenentur. Aevii medii potissimum historia multas epidemiarum
psychicarum series exhibet, quales obscuro fluxu ingenii
temporum, cum confusione sua ac exaggeratione mon-
strosa, tamquam immodica superlatio animi equestris et
religiosi ardoris provocabantur. Hinc pueriles expedi-
tiones sacrae, res illa in aeternum memorabilis, cui si-
mitem historia nunquam repetat, atque superstitio gentes
vesania terribilem in modum flagellabat, quarum mens
in ejus servitium redacta erat. Caedis monomania,
quae primum saeculo decimo quinto exednte anthropo-
phagiae specie in Germania processit, hinc in Franco-
galliam transiit, ut in lycanthropiam abiret, plus quam
totum per saeculum incolas multarum regionum in timo-
rem maximum conjecit, eorumque animos rigido hor-
rore constrinxit, donec post judicium parlamenti Fran-
co-gallici a. 1598, pro caedis accusatus lycanthropus in

(1) Ideler l. c. T. II. p. 315. (2) Ideler l. c. T. II. p. 316.

(2) Ideler l. c. T. II. p. 316. Esquirol ab epistola (2)

morotrophium ablegabatur, ut denuo modo
saeculo decimo octavo in Polonia, Hungaria et
Moravia cognata specie vampyrismi prodiret.

Theomania porro, daemonomania et hystero-daemo-
nopathia tria per saecula non modo animos hominum
imprudentium, sed ferme omnes viros eruditos suae
aetatis in vesaniam abripiebant desperatissimam, et cru-
delis inde prognata persecutio non nisi malum adauge-
bat. Etiam tempore recentissimo, nostro saeculo, ut
ajunt, erudito hasce perversas affectus sensualis reli-
giosi excrescentias, sparsim sane, formaque leniore,
promanare cernimus, atque convulsiones Janssenistarum
prope sepulcrum St. Parisii, sectarum petulantia Jum-
persiana et Shakersiana, morbus Sueciae concionatorius
et conamina quaedam recentiora Messiam procreandi
clare demonstrant, dispositionem ad illud malum etiam
nunc exstare. Hae lues, uti ab Calmeil opere am-
pliore (1) referuntur, speciem etiam historiae universalis
exhibent, nam omni tempore magni fluxus, qui in illis age-
bant, morbosas adduxerunt superlationes. Omnes autem
hae evagationis mentis populorum ubivis vanitati, avaritiae,
fracundiae, dominandi cupidini, sicuti politico religiosoque
insectandi ardori ad finem suum consequendum aptus
exstiterunt praetextus. Quod singuli vel totae classes
morbum modo simulabant, id quidem symptoma tantum
et lineamentum singulare totius imaginis est, quo es-

(1) Do la folie etc. Paris 1845, deutsch bearbeitet von
Leubuscher. Halle 1848.

